

RELIGIO
CHRISTIANA MIRACULIS FIRMATA.

PROOEMIUM.

Miracula ad Religionis Christianæ Divinitatem Firmandam a Christo & Ejus Apostolis palam patrata, a Scriptoribus Theopneustis relata, quæ nec Judæi, ut ut increduli, multive alii Doctrinæ christianæ irrisores negare haud sunt ausi, dum a *Naturalistis*, aliisque id genus, ut adpellari amant, *Philosophis* ceu insania; ceu ridicula & usque adeo impossibilia exploduntur: præfixum in re tanti momenti studium esto præcipuum, genuinam *Miraculorum* Veritatem vindicare, eorundemque vim atque Efficaciam, pro Religionis Christianæ Orthodoxia, non infringendam demonstrare.